

18. UTRVM DIABOL. POSSIT PRODUC. SVBST.
et seq. p. 57. seqq. Brochmand System. Artic. VIII. C. II.
Q. XV. M. Ioh. Ioach. Zentgrafius Dissert. de Ianne et Iam-
bre §. 15. Schütze Apparatus Bibl. Tom. III. p. 1. seq.

§. XII.

Quando etiam ad experientiam, sagas ex congressu cum
Diabolo aliquem fuisse partum, non quidem humanam
formam referentem, sed bufonibus, vermibus et erucis simi-
lem, quas Elben oder böse Dinger vocant, enixas, testan-
tem prouocant, tum equidem hoc negare non possumus,
Carpzouio loco antea citato P. I. Q. 49. n. 39. et Q. 50. n. 66.
bene multis sagarum confessionibus in sententiis Lips. XXI,
XXIII, XXIV, XXVI, XXIX, XXXV id confirmante, at
vero Diabolum has vermes et erucas aliunde adductas, la-
borantibus vel substernere, vel locis muliebribus immittere
posse, ut tamen ex congressu generatae dici non possint, quis
negat? vid. Schröter Disputat. cit. p. 69. et ex illo Osiander
l.c. p. 185. seq.

CONCLUSIO.

HAbes, L. B. qualescumque meos circa diffici-
lem hanc quaestionem conatus. Quos ut
aequi bonique consulere, libertati meae veniam
concedere, atque minus recte posita in melio-
rem partem interpretari velis, maiorem in mo-
dum peto atque contendeo. Caeterum ob signo
meam scriptionem cum debita pro concessis vi-
ribus DEO facta gratiarum actione, eius No-
mini sit laus honor et gloria sine

FINE.